



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Lvdovici Almeidae Ad Socios in Indiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)



Xponam his litteris fratres mihi
sumi, quam ratione Kimanum in
num, urbemque Ximabaram nup
ducta Christiana religio fuerit. A
tus quidem hic seu emporium Vo
iura, quod comutato iam nomine
ria Virginis adiutricis vocatur, compluribus Fara
Firando, Meaco, aliisque ex oppidis huc ad Colono
Christianae doctrinae causa commigrantibus, ita
quenter habitari captum est, ut Ecclesiam hanc argu
huiusce totius caput aliquando fore speremus. Bar
lemao etiam rege vna cum ipso flore nobilitatis
ita pride ad fidei numerum aggregato. Eius aucto
ter, Barptolemæi monitis precibusque saepius exortus
ut à Iaponica superstitionis erroribus ad rectam
Euangelicæ semitæ se traduci pateretur, à Colono
noperè petijt, ut aliquè ad se instituendū in calida
lum enim per id tempus gerebat) omnino interre
sus ego sum, benigneque ab eo acceptus, no. tanto
pore, quod à negotijs magis erat vacuum, de rebus
uinis ad Regem diu multumque dixi quod ipsum
de per alias occasiones alibi cū ipsius rogata serm
ijs sermonibus admodum delectatus permonuit, ut
certis de causis Christiana sacra ipsemet in partem
suscipere superedit, sed duas mihi dedit epistolas
ad Cosmum, cui potestatem per eas litteras hanc b
uangelij toto suo regno libere promulgandi iuram
incolas oppidi maritimi Cochinosi, in qua erat scrip
ut ad audien dū Euangelij ad me conuenirent, ad quos
me qui pduceret vnū ex amicis ac familiaribus co
mitē dedit: quò sanè breui peruenimus, hospitiis excep
ti ab vrbis Præfecto, verbū Dei disseminare instituit.
Nec sanè frustra etenim baptizati sunt quinque
pra ducentos, in quibus fuit cum vxore, ac liberis
ad quem diuerteramus, vrbis præfectus. Deinde cum in

aedes regias in primis instructas loci maiestate deterriti
 timidius incolæ ad nos & ipsi venirent, & filios mitte-
 rent, veriti, ne ab ijs ædium ornatus, & catastromata fœ-
 darentur; vbi id animaduerti, egi cum Præfecto de alijs
 ædibus, populi docendi causa, comparandis. ille mihi
 sane liberaliter omnium quotquot essent in oppido, de-
 dit optionem delectum est ædificium quoddam peram-
 plum, sed magna ex parte dirutum, secus aream, quam
 nobis Rex templo ædificando attribuerat. Operæ cen-
 tum ad ruinas instaurandas ædemq; sacram extruendâ
 Præfecti imperio ex censu ciuium exhibitâ, opus vtrum-
 que celeriter absoluerunt. Tū verò liberius ad Christiana-
 nâ doctrinâ rudimenta, sacrasq; conuersiones pueri senes-
 que sese conferre: e quibus deinceps non ita multo tem-
 poris spatio centū & septuaginta Baptismo lustrati sunt.
 designatum est etiâ Christianis humandis prope ædem
 sacram Cruce defixa per amplum soli spatium, quo pri-
 mum illati sunt infantes duo tertium circiter annum a-
 geres, quos Dominus pro salute harum gentiū depre-
 catores in cœlum ascivit. Secuta deinde est in Barptole-
 mazum regem conuulsio, bellicq; tumultus, quibus ta-
 menti oppidani commoti, atque à Bonziorum fautoribus
 potentibus viris ad Christianam religionem deserendâ
 solliciti sunt, Cruce etiam ipsa contumeliosè disfrac-
 ta; ipsi tamē in fide fortiter perfliterunt, quod egomet dein-
 de ex eorum sermonibus clarè perspexi, cum ad eū por-
 tum per id tempus nauis accessissem. cum enim ab hosti-
 bus Christianæ religionis vrbe occupata, publico edicto
 nos intrmittere vetarentur; ad stationem nostram, se-
 ra admodū nocte, parato nauigio frequentes venerunt,
 se diligenter excusantes, quod nos excipere hospicio si-
 ni per aduersarios non liceret, pietatem tamen suam at-
 que constantiam verbis testantes huiusmodi: Christiana
 religione deserta, quam porro sectabimur: in difficul-
 tibus nostris atque periculis ad quem confugiemus?
 nisi ad lignea siue lapidea simulacra, quæ huc vsq; colui-
 mus? quis insitam vnus Dei caritatē ex animis nostris
 auellat: Quibus ego verbis maiorem in modum recrea-

tus, eosque vicissim, vt potui, consolatus ad Colima-
 terosque Socios Vocatiuram ex eo loco profectus
 qui sese cum Christianis ad hostium furorem vitā
 in onerariam receperant. verum sedatis iam maxima
 parte tumultibus, & Barptolemaeo, qui in arcem qua
 ex incendio regia: vrbis cum paucis vix viuis euasit
 in regnū restituto, metus hosce omnes iuuante Do-
 no propediē sublatū iri confidimus: sed de his haec

Venio ad res Ximabaranas: quam ego in vrbe ab
 Tono accersitus, Cosino iubete, me contuli, benignē
 exceptus, & in optimo totius vrbis domicilio sum con-
 catus. Postridie me Tonus iauit ad cenā. A cenā
 liares suos atq; domesticos in cœnaculū conuocat. Et
 ego bene longam de Christiana religione disputatio-
 instituo. illi verò multa ac varia me interrogant: quibus
 ego dum ad singula respondeo, noctis magna pars
 Mane cum illuxisset, Tonus rogatu meo populatū
 omnibus Christianæ capessendæ religionis fecit
 potestatem. ex eo tempore ter quotidie concionam
 mus, matutinis primū horis, tū pomeridianis, post-
 mō vespertinis, tanta hominum vi confluente, vt nō
 mus solum, sed etiam via auditoribus oppleretur. Sicut
 dum hunc rei Christianæ cursum more suo aduocatus
 non semel impedire conatus est. Tria visuntur Xima-
 bæ cœnobia Bonziorum, qui cum alijs de causis
 mū possunt, tum quod principes ciuitatis affluere
 tingunt. Eius ordinis hominū fallacias atque super-
 bies q̄ palā coarguimus, populūque ab ea secta Chri-
 stianam omni ope traducimus, capitali nos vrbis
 dio infectantur. Ximabæ autem, simul atque ea popu-
 lam in nos populū voluntatē intellexere, inimicis
 antea inter sese exercebant, communi metu suadente
 postis; calumnijs fictisque criminibus nos oppug-
 nant. Ad Tonum adeunt, mirantes cur in susce-
 ptis tam improbum genus hominum versari parant. An-
 throphagos esse nos, & quocunq; Christiana facta
 inferamus, eodē continuo bellum excidiumque impo-
 nant. Si nobis in vrbe habitatio detur, Lulianos

imperium crepturos. Adhęc, plebem incitare conantur, partim vt nos ex vrbe pellendos vna voce abs Tono depolca; partim etiã vt nos publicè conuictijs maledictifque profcindat. Eã rem vbi parũ procedere animaduertunt, consilium etiã audacius capiunt. Dum ego in ædibus nostris de re Christiana ad populum maximè disse- ro, facta manu quidã è Bonzijs de communi ceterorum sententia in ædes nostras irrupit, positaq; ibi Crucẽ effingit. Sanè indigna visa res est, valdeq; oēs, sed hos- pes præcipue noster, eo facto cõmoti. Itaq; nihil propius factum est, quàm vt cum interficerent: Bõzij aut furore elati scelus scelere cumulant. Mos est neophytorum sus- ceptam à se Christianã religionem Cruce in charta de- picta, atque in ædium foribus collocata publicè profite- ri. id illi sibi non modò apud Deum salutare, sed etiam apud homines gloriosum existimant. Hęc omnia insignia Bonziji posttridie, primoribus vrbis pro affinitate fa- uentibus, discerpere, ac lacerare decernũt. Quod vbi To- nus rescituit, Christianis confestim toram rē iussit renun- tian, eosque hortatus est, vt tumultus vitandi causa, eã iniuriam æ quo animo ferre ne grauarentur: se ipsum in Bonzios vtique animaduersurum, sed tempore. Quorũ amentia ac furor eò vsque processit, vt quicumque ad nos audiendos venirent, eos vsu etiam fontis arceret in proximo siti, ad quem plurimi aquationis causa ventita- bant profus, vt nobis eius molestiæ vitandæ causa, in aliam vrbis partem migrare necesse fuerit.

Iam verò illa quoq; res accidit, nõ minus euentu felix ac læta, quã initio tristis ac turbulenta. Adolescẽtes duo ad nos audiendos rei nouitate inuitati ex oppido finiti- mo venerant. dumque in ædibus nostris morãtur, in fa- miliari & iuuenili colloquio (vt fit) vnus eorum alterius procaci interrogacione lacesitus, stricto mucrone in so- ciũ præceps iracundia ferebatur; cum illũ ex his qui ade- rant Iaponij quidam (aderant autẽ fere centũ) vi arreptũ retinent, eiq; de manibus sicã extorquet: quo ille facto iratus inde discessit, vt aut eã vlcisei iniuriã, aut mor- te sibi met inferre Iaponico more, statuerit. Accessit ad
exsti-

exstimulandum iuuenis animum satis iam perle-
 tum patris quoque denuntiatio vehemens, ne la-
 conspectum veniret omnino, nisi prius ab ad-
 cipue domino apud quem res illa cōgerat, dolens
 nas exegisset sui. igitur adollescens, amicis affinitatibus
 coactis, vim comparat: quod vbi Ximabaram ab-
 Christianos omnes magnopere cōurbauit: ve-
 tissimum, verentem, ne si ad manus ventum esset (quod
 res non sine multorum caede erat futura) tum vero Bon-
 zij ciuibus quod cupiebant planè persuaderent, nos ma-
 rum ac seditionum vbiq; terrarum auctores esse pe-
 petuos. iamq; se, quamquam in magno omnium ma-
 rore oppidani ad Ioannis (sic enim appellabatur) ho-
 tis nostri defensionem instruxerant, aduentu tunc co-
 matum agmen aduersariorum; cum iuuenis ille dux
 minis repente præter omnem spem gentisque con-
 dinem exterritus substitit, satis dignitati suæ, satis patri-
 tis imperio factum existimans, si vacuam nobilis curia-
 dam viri domum ingressus in suburbano posuimus, re-
 stente nemine, pugionem inde vicissim abtulisset, pro-
 ita (vt fecit) in patriam reuertisset. Id à Christianis
 rescitum est, tanta voluptate læticiaque perfulsi sunt,
 ab ipso noctis crepusculo, quamquam eos domum di-
 mittente me, nihilominus gratias Deo cuncti sumus
 gentes, factum inuicem gratulabundi narrantes, et in-
 quentem lucem vsque persisterint. Nec tamè in-
 aliasq; difficultates, & Bonziorū insectationes, Roma
 Deo fauente, cessatū est. nam præter quotidianas con-
 nes & catechismū, Baptismi celebres varijs temporibus
 plures habiti sunt. Ac primū ethnici quinquaginta
 me Christo dedere. deinde rursus circiter trecenti numerati
 tertio deniq; Baptismo, eā didati trecenti numerati
 è quib⁹ baptizauimus dūtaxat eos, quos satis prode-
 tutos Christianis præceptis inuenimus. ceteri qui minus
 adhuc idonei videbātur, in aliud rēpus reiecti. Chri-
 norum primitias libauit Dominus in hoc item oppido,
 sex videlicet trimos aut quadrimos infantes: quorum
 qui prim⁹ excessit è vita, Christianæ fidei veritate
 sanè t
 mam
 id est,
 racle
 Regu
 sis in a
 tis v
 neuo
 am
 nim
 dis no
 & in g
 timar
 centas
 atx qu
 appa
 tate ha
 tionis
 quod
 a dno
 luas v
 Auctu
 ora ef
 quando
 ferim
 et eam
 sancti
 Ha
 sunt: qu
 uifi, &
 miliare
 Vos
 vn

sanè testimonio comprobavit. cum enim iam ageret animam, sublati ad sidera manibus; Tem iangate mairo, id est, confestim (inquit) in cœlū migrabo. cuius rei miraculo neophyti magnopere confirmati sunt. Ipse autē Regulus tamen nec dū Christianus est, & certis de causis in aliud tempus Bonziorum scelus ac maleficia debitis vindicare supplicij distulit; suam tamen erga nos benevolentiam, & Christianæ religionis vel tuendæ vel amplificandæ studiū plurimis rebus ostendit. primū enim nobis honoris causa familiariter saepe conueniens nomen nostrum apud Ximabaranos in admiratione & in gratia posuit. deinde arcam templo ædificando optimam, materiamq; suo sumptu conuectam, operasq; decimas nobis attribuit ad arcis ruinas æquādas solo, quæ arx quondam illa ipsa in arca fuerat. in tēpli verò ipsius apparatus & cultum familias septuaginta in ea vicinitate habitantes certum vectigal pendere iussit, exturbationis pena proposita, nisi in officio persistissent. Idem, quod Christiani ad templum, a flu maris accedēte, a grē admodum veniebant, ingenti ponte ad ipsius templi valvas usque perducto, facilem ijs tutumq; aditū præbuit. Auctus verò siliola (quam nos quod clarissimo genere orta est, magno Christianæ rei adiumento futuram aliquando speramus) eam nobis tradidit baptizandā, quod fecimus, & nomine Christiano Mariam appellauimus, ut eam videlicet nomen ipsum ad omnem virtutem ac sanctimoniam incitaret.

Hæc fere in oppidis Cochino, & Ximabara gesta sunt. quam ego vtranque Ecclesiam per id tempus saepe visiti, & alteri Damianum, alteri Paulum comites ac familiares nostros, interim dū ego abessem, præposui. Vos etiam atque etiam obsecro fratres, ut pro hac vniuersa Iaponica vinea Domino Deo nostro quam diligentissimè supplicetis. Ex portu Mariæ Virginis adiutricis, v. Cal. Decemb. MDLXIII.

IOAN.